

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Qvibvs nexibvs archiepiscopi ac episcopi a suis capitulis ob collationem
beneficiorum sint astricti

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](#)

AK

68 A 217 RH

DE TEMPORE INTERDICTO.

PARI modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum solennibus, à dominica Septuagesima, qua cantatur in ecclesia, Circumdederunt me, &c. sub Quadragesimæ usq; initium quo tempore ab ecclesiæ Romanæ primoribus, undiq; nuptias celebrari interdictum est. Quum tamen interim & ab ecclesiasticis & à secularibus paßim sine discrimine publice Genialiter uiuatur. Sed ita demum iuterdictum illud procedit, si gratis hoc facere quis int̄edat. Quod si nummi spes refulerit, iam quod primum erat prohibitū, impune ac libere facere licet. Estem & hoc graue, Germanorum crumenis retiaculum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim grauamen, quod pauperis diuitiisq; longe diuersa in relaxandis his constitutionibus, sit conditio.

QVIBVS NEXIBVS ARCHIEPISCOPI AC
Episcopi à suis Capitulis ob collationem
beneficiorum sint stricti.

NEC tamen beneficia ac parochiales ecclesiæ Romæ nob pecunia & favoris, aut familiaris consuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculorum plenis conferuntur personis. Sed & simile quiddam ab Archiepiscopis & Episcopis committitur, qui per eorum capitulares congregaciones ita obligantur, ut omnia præpingua beneficia, curata ac nō curata (quæ procul dubio à fundatoribus primum, ut ad doctos ac integros pertinerent uiros, sunt fundata) Capitularibus Canonicis, ut cūq; ad hoc inidoneis, conferre necessum habeant, qui dehinc talia beneficia simplicia accurata, indoctis, ac ludicris personis, modo quam maximum pendeant censum anniū, elocant, æque atq; supra de mercatorum societatibus dictum est, ita quod possessores illi conductiti, maiorem partem ex illici- ris exactiōibus uiuere, atq; ob id subditos eo amplius onerare coguntur. Similiter & cum cæteris cathedralibus colle-

22



Z Y

gatisq; Ecclesijs, ac earum capitulis agitur. Item & per pra
positos, reliquosq; in dignitate constitutos agitur idem, inte
rim dum sua conferunt beneficia ecclesiastica.

PRÆTERERA, qui pinguiora, ita ut prædictum est
habent beneficia, ac ecclesiæ parochiales, utcunq; annuas
pensiones amplissimas ex locationis titulo, à cōductoribus
percipient, quibus redditibus à laicis fundatoribus benefi
cia hæc ampliter sunt dotata, tamē committunt locatores, ut
domus beneficiariæ, præ neglecta ædificiorum cura, peni
tus collabantur. Nihil enim aliud curant beneficiorum per
sonati isti possessores, aut locatores, quā ut pecuniæ æquo
maiores summam quottannis à conductoribus recipiant,
ac eandē hinc in uarios, sed in dishonestos, illicitos, ac offen
dicularum, peccatorumq; plenos usus conuertant: de salu
te & cura animarum, uel subditorum, uel etiam eorū, quo
rum ex marsupio uiuunt, hoc est fundatorū, prorsus apud
hos nulla mencio, respectus (uel Megarensium olim) pla
ne nullus. Eapropter Sa. Ro. Imperij Status, ac Principes &
proceres laici, hic quoq; supplicant, Sanctitas Pontificia ue
lit eam offendicularum syluam, turbatum rerum ordinem
ac onera hæc iusto grauiora, tollere, emendareq;, ac archi
episcopos, episcoposq;, ab obligatione, qua ex promissio
nis prædictæ nexu tenentur, liberare, solutosq; reddere, ac
ædicto cauere, ne post hac Archiepiscopi & Episcopi, tali
bus adstringantur uinculis, sed ut de hinc nulli beneficium
ecclesiasticum, curam habens animarū, conferatur, qui non
sit doctrina, ætateq; & moribus ad hoc idoneus, qui & ho
nestam, ac præsbytero dignam uiuat uitam, & qui ipse pro
pria illud possideat persona, nec plura quidem, sed unum tā
tum beneficium curatū, seu parochialē Ecclesiam, Christia
ne, hoc est sine offendicularis ullis, sed multo, cum doctrinæ
cum uitæ integratæ fructū administraret.

DE ONERE BANNI, SEV EXCOM
municationis.

A ij ITEM